



NOBILISSIMOS ACADEMIAE
CIVES
AD ORATIONEM
IN IPSO EXCESSU
SERVATORIS
CHRISTI
IPSA HORA III FATALI
IN AVGVSTEO
RECITANDAM
PRO RELIGIONE INSTITVTI
INVITAT
IO· GVILELMVS BERGERVS
ELOQ. ET HVMAN. P. P.

Non cadit in hominem , sensibus non or-
bum , tanta moris ferocia , ut nefarium faci-
nus , quod consciscitur hodierno die , recog-
itet , quin cohorrescat animo , omnibusque artu-
bus contremiscat . Perditum pro fligatumque genus
hominum scelus , fando nunquam auditum , conci-
pit , et perduellionis criminis iamdiu commeritum , ut
in seruitutis aeternae uincula coniiciatur , nouissima-
pereundi libidine , simil ac spes est facta libertatis ,
diuinitus recuperandae , coniurat de interficiendo af-
fertore , principemque ac parentem salutis , omni ex-
ecruiatum supplicio , ipsa demum morte ignominio-
fissima multat . Nefas exhorrescit natura , et , ne
aspiciat indignitatem rei , Sol auertitur , et sublato lu-
mine , caliginem horridam formidolosamque inducit ,
et moerore luctuque complet omnia , ipsa quoque
terra , quae tantam improbitatem tulit , concutitur
motibus , suis quasi sedibus conuellenda . Saepē
multumque , ab omni temporum memoria , terra mo-
uit , neque huius rei tam retrusae sunt caussae , quin
uulgo arcessantur ab incendiis subitus excitatis , at-
que a ui et agitatione uentorum , qui caueris et
faucibus cohidentur , et interclusi angustiis , exi-
tum , ubi minus inueniunt , impetu moliuntur . At
coelestis miraculi , quo uiscera terrae iactata sunt ,
magnitudo superat exempla , neque Palaestinam sol-
lum horribili fremitu exciuit , sed omnem Asiam , labe
passim facta , conturbauit , et nouo quodam tremoris
genere terrarum orbem afflixit , ut insolitus Dei mo-
rientis casum testaretur . Non defugio hic auctorita-
tem Phlegontis Tralliani , antiqui , atque in consecra-
tione rerum mirabilium industrii , scriptoris , hominis
ab his sacris alieni , eoque minus suspectae in hoc ar-
gumento fidei , qui tradit , sub id tempus ingenti ter-
raemotu

raemotu Bithyniam quoque commotam fuisse, et
nominatim multas Nicaeae urbis partes corruisse. Pro-
nunciat aliis idem, cuius reticuit nomen Eusebius,
Thallum uero crediderit aliquis, sed Phlegontis testi-
monio Celsi procacitatem coeret Origenes, et
id, quod diximus, confirmat, nihil secius, atque alii,
sanctitate, et doctrina, praestantes uiri, qui rei, ad mira-
culi existimationem insignis, euentu diuinæ maiestatis
indictum, ex profanarum monumentis literarum, sine
doli suspicione, vindicarunt. Dimitto Tacitum, qui
duodecim celebres Asiae urbes fuisse collapsas, sedisse
immensos montes, diductis terris, multos interisse,
annalibus consignat. Secundum Strabonem, attin-
go Plinium, harum rerum non imperitum interpre-
tem, qui maximum terrae, ut ait, memoria mortali-
um, commemorat motum, eumque Tiberii Caesaris
principatu, in quem incidit salutaris perpessio, factum
fuisse, et multas Asiae urbes perculisse, auctor est. Scio,
haec a quibusdam ad superiora referri tempora: sed,
ut locorum euersiones numerare et definire non au-
deo, ea tamen, quae exposui, uersante in terris Ser-
uatore, euenisse, et plura alioqui non pari uel fide-,
uel studio in argumento diuiniore, quod non cepe-
rant, retulisse scriptores, comperio, ita tanto securius
assentior uel Africano, uel Eusebio, uel utrique po-
tius, eo tempore, quo uera mundi anima efflata est,
ingentes in terris strages editas fuisse. Quidquid hanc
in sententiam extabat proditum, id excusserat, si qui-
squam, Hieronymus, idemque terraemotum tam in-
solitum affert, ut cuncta concuteret, et ruinam ter-
rae, funditus delenda, minaretur. Ut omittam Se-
dulium, qui terrae cladem exprimit, et alias, prouocat
hic ad Graecorum libros Paullus Orosius, et ter-
raemotu non unam protiuciam, sed orbem ipsum per-
uagato, saxa montium diuulsa, maximisque urbes di-
rutas

rutas fuisse, ostendit. Tantae rei memoria, ut esset
testior, diuino consilio in sacros commentarios re-
lata est, terramque docet, non circumscriptis regio-
num finibus, conquaflatam fuisse, diruptas hinc rupes,
effracta mortuorum claustra, ipsos etiam hostes, me-
tu perterritos, Filiumque Dei, quem necauerant, magna
asseueratione professos. Non iniuria terra bis exagita-
ta est, quae neque maiestatem huius mortui, ut dixit
Hilarius, capiebat, et uictoris, in uitam redeuntis, nu-
men denunciabat. At licet uel ipsa mundi elementa
uenerationem diuinitatis tremore declarent, licet et-
iam soli iactatione magna rerum commutatio, ut in-
terpretatus est Theophylactus, portendatur: senti-
mus tamen non sine horrore quodam sacro, irae, quae
grauius incensa, exardescat in hominum delicta, uim
ardoremque in ipsa naturae fundamenta oppugnatio-
nemque conuerti. Nos, stupore rerum, quae supra
infraque, maiore aliquo numine, neque usitato exem-
pto, geruntur, defixi, culpae, quam suscepimus, me-
moriā perhorrescimus, sed in uulneribus, quae pro
nobis inficta sunt, abditi, atque ab omni incommo-
do defensi, salutaris meriti praesidio, et consolatione
sustentamur. Lugemus tamen obitum, quo coeli
terraeque Lumen oculis nostris extinguitur, atque in
moerore, et fatali squalore naturae laborantis, merito
comprobamus laudamusque institutum Ornatisissimi, et
Eruditissimi, Iuuenis, M[·] SALOMONIS VOIGTI, ortu Dre-
densis, qui ornamenta ingenii, moris, et doctrinae
animi religione circumspecta commendat, ea que duc-
tus, prodibit in funus, omnium, quot fuerunt, aut
futura sunt, maximum, et hodierno die, ab H[·] IIII,
quem concepit pietatis sensum, oratione pia, atque
ad hoc tempus accommodata, explicabit.

P·P· XIV· KI· Maias A·R· G· cccccc

Ung VI 3

10 18
13 17

Farbkarte #13**B.I.G.**

SSIMOS ACADEMIAE
CIVES
ORATIONEM
PSO EXCESSV
VATORIS
CHRISTI
SA HORA III FATALI
AVGVSTEO
RE CIT ANDAM
LIGIONE INSTITVTI
INVITAT
LMVS BERGERVS
ET HVMAN P. P